Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

escat in quiens ira tua. et esto pla
cabilis super nequitia populi tui.
Recordare abraham. et isaac. et
israel. servorum tuorum quibus iu
rasti per temetipsum dicens.
Multiplicabo semen vestrum sicut stellas
celi. Nec dubitandum est fidelium (Greg.)
petitiones a beatis spiritibus iustorum sciri.
quia qui intus omnipotentis dei clarita
tem vident: nullo modo credendum
est quia sit foris aliquid quod ignorent.
Postulat ergo ecclesia suffragia sanctorum (Aug.)
martyrum: nec tamen erigit al
taria in quibus sacrificet marty
ribus: sed uni deo et martyrum
et nostro. Ad quod sacrificium. sic homines
dei qui mundum in eius confessione
vicerunt. suo loco et ordine nomi
nantur: non tamen a sacerdote qui sacri
ficat. invocantur. Deo quippe non
ipsis sacrificat: quamvis in memo
riis sacrificet eorum: quia dei sacerdos
est non illorum. Ipsum vero sacrifici
um corpus est christi. Id [illegible] offertur
quia hoc sunt et ipsi. Sequitur in
mysterio. Hanc igitur oblationem
servitutis nostre. sed et cuncte
familie tue. quesumus domine ut placatus
accipias. diesque nostros in tua pace
disponas: atque ab eterna dampna
tione nos eripi. et in electorum tuorum
iubeas grege numerari. Per christum
dominum nostrum. Et in his verbis unitas
ecclesie offerentium ostenditur. Quan
do in illa sacro sancta oblatione com
munis servitus exhibetur deo:
tam a sacerdotibus quam a cuncta
familia domus dei. Hec autem servi
tus est. que nulli alii debetur:
nec sanctis angelis. nec sanctis animabus:
nisi uni deo vivo et vero. de quo
nobis precipitur. Dominum deum tuum
adorabis: et illi soli servies. Et si
enim ab homine fit vel offertur:
tamen sacrificium. res divina est.
Unde et alibi divina lege precipitur.
Sacrificans diis. eradicabitur. nisi
domino soli. Unde merito illi in celes
tibus sedibus constituti. inmorta
les et beati. quia nos mortales. et
miseros. ut inmortales et beati prea
simus. misericorditer diligunt.
Nolunt nos sibi sacrificare esse, ei cuius
et ipsi nobiscum sacrificium se esse
noverunt. Cum ipsis enim sumus una
civitas dei. Cuius pars in nobis dicitur
in psalmo. Gloriosa dicta sunt
de te. civitas dei. Cuius pars in nobis
peregrinatur: pars in illis opitulatur.
Oratur itaque deus. ut hanc oblationem.
quam illi soli debita servitute defert
ecclesia: placatus accipiat. Hec est enim